CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 597/13/L

Ciudad del Vaticano, 7 de octubre de 2013

Excelencia Reverendísima:

Esta Congregación para el Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos ha estudiado la cuestión que se presentaba en su carta del 13 de septiembre de 2013 (Prot. N. 258/1/2013), para que no fuera necesario solicitar a este Dicasterio la celebración en Perú de la solemnidad de la Inmaculada Concepción, el día 8 de diciembre, cuando coincida con el Segundo Domingo de Adviento (cf. *Normas Universales sobre el Año Litúrgico y sobre el Calendario*, n. 5).

El Dicasterio, teniendo en cuenta el grado de la solemnidad de la Inmaculada y en atención a la tradición de esta fiesta en Perú, autoriza a la Conferencia de Obispos de Perú, mediante el Decreto adjunto, para que pueda dar la oportuna dispensa cada vez que coincida con la solemnidad de la Inmaculada con un Domingo de Adviento, advirtiendo siempre que esto es válido para las celebraciones con pueblo y, para no perder el sentido del Domingo de Adviento: a) la segunda lectura de la Misa sea del Domingo de Adviento; b) en la homilía se haga mención del Adviento; c) en la Oración de los Fieles se haga al menos una petición con el sentido del Adviento y se concluya con la Oración Colecta del segundo Domingo de Adviento.

Aprovecho la ocasión para manifestar a Vuestra Excelencia mi mayor consideración y aprecio en el Señor.

De Vuestra Excelencia Reverendísima
afectísimo en Cristo,

(Antonio Card. Cañizares Llovera)
Prefecto

(Con anexo)

A su Excelencia Reverendísima
Mons. Salvador **PIÑEIRO GARCÍA-CALDERÓN**
Arzobispo de **AYACUCHO**
PRESIDENTE DE LA CONFERENCIA DE OBISPOS DE PERÚ
PERÚ

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 597/13/L

PERUVIAE

Traditae oboediens doctrinae, per annalem liturgiae cursum peculiari sacramentali vi et efficacia ad christifidelium vitam alendam supereminentia mysteria redemptionis Ecclesia summopere recolit, divitias virtutum meritorumque Domini omnibus pandens, qui ea attingant et gratia salutis repleantur. Et singulari insuper pietatis decore in iisdem Domini celebrandis mysteriis Beatam Virginem Mariam commemorat mulierem novam matremque Filii virginaliter geniti discipulamque Magistri verba sedulam in corde custodientem et Redemptionis sociam, indissolubili nexu cum Christi Iesu opere salutari coniunctam, cuius memoria composite anni liturgici circulo adeo inseritur, ut eiusdem Deiparae clarissime pateat participationem in mysterio salutis. Quod in primis constat in tempore Adventus, cum ratio anni liturgici tempus sequitur devotae ac iucundae exspectaionis Domini, cuius clarissime apparet peculiarem momentum et modum cooperationis beatae Virginis operi salutis.

Ideo, cum undique ex universo catholico orbe propter sollemnitatem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis radicitus apud populum fidelem invisceratam, saepius ab hoc Dicasterio expostulatum sit, ut, si dies 8 mensis Decembris, qui supradictae sollemnitatis celebrationi reservatur, sit dominica II Adventus, in Missis cum populo adhiberi possint textus liturgici proprii de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis, haec Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a Summo Pontifice Francisco tributarum, concedit, ut Conferentia Episcoporum Peruviae singulis annis, quibus hic eveniat dierum

concursus, scilicet dominicae II Adventus et sollemnitatis Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, prodere valeat decretum, quo dicto die 8 mensis Decembris in Missis cum populo textus liturgici de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis adhibeantur, rite adhortantes ne sensum proprium temporis Adventus nullomodo corrumpatur.

De hoc Decreto forte prodito certior fiat haec Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, apud Sanctum Petrum, ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 7 mensis Octobris anno 2013.

(Antonius Card. Cañizares Llovera)
Praefectus

(+ Arturus Roche)
Archiepiscopus a Secretis